

9
nominis Tui ac scientiæ naturalis fama, Alpes transcenderit, maria tranârît, dicerẽ, nisi præter cœteras innumerarum virtutum Tuarum laudes, Modestiae plane singularis esset, quâ vereor, ne (quod magnis ingeniis familiare ac ferè proprium esse solet) malis conscientia pulcherrimorum in Rempubl. Medicam meritorum contentus esse, quam eadem parùm debitè ac sufficienter enumerari audire. Quare filebo; loquatur pro me egregia illa, Artisque mysteriis refertissima planè Epistola ad Præcellentissimos Naturæ Curiosos nuperrimè missa: Quæ licet paucis saltem paginis contineatur, plus tamen sapientiæ complectitur, quam sæpè aliorum qui ex novem autoribus decimum conficiunt, magna volumina, in quibus præter infatiabile exscribendi studium, nihil reperire licet. Hæc postquam ad manus meas pervenit, duplicem cœpi voluptatem: partim quod viderem, occasionem naçtũ me esse, per literas colloquendi cum illo viro, quẽ tacitus hætenus admiratus eram,
A 5 quem